



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae, 1584**

**VD16 B 7375**

5. Quomodo Lutherus mortuum excitare conatur, sed frustrà.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](#)

tius, ut somnium fortè excuteret. Vbi nec ita exurgeret Matthæus, itur ad feretrum, detegitur velata facies, & reuera deprehenditur mortuus, qui sese tāto aliorum periculo mortuum, atque à mortuis in vitam reuocatum simulare voluerat. Mox vxor, quæ lamenta & lachrymas nuper fixerat, nunc verè lachrymis, vocibus, ac tantum non pugnis in concionatorem illum, non pastorem, sed impostorem inuecta, suo malo isti nouo fidem habuit Euangelio.

Sic per Hollandiam Anabaptistarum quendam simulasse mutatæ in vinum aquæ, captorum item piscium, quos paulò ante in puteum iniecerat, miraculum notius est, imò vt quidam aiunt ex actis publicis demonstrari posse, quām vt sit verbosius referendum. Plurimæ quoque de Georgio Dauidis audiui ab oculatis testibus, quæ conceptam passim de eo magie opinionem mirificè confirmant. Hactenus Lindanus.

Vide obsecro Christiane lector, quām verè iam olim dixerit Tertullianus: agnosco, in *Tertullia de* quit, maximam virtutem hæreticorum, quæ *prescript. ha- Apostolos in peruersum emulantur. Illi enim reciorum.* de mortuis viuos fuscitabāt, isti de viuis mortuos faciunt.

*Lauren. Surius in comment. Chronic. et VVil- helmus Lindanus Dialog. 3. ca. 1. Dubitan- ti. Lutherus mortuum excitare conatur, sed frustra. idem Polychronius Monothetica*

N<sup>n</sup> 3      172

365 COLLATION. SACRAR.  
in Synodo sexta tentauit, sed frustra.

G A P. V.

**Q**Vonam miraculo Lutherus sese suis  
aut Prophetā aut Eliam probauerit, nō  
dum liquet, nisi quod wilhelmum Ne-  
senum in Albi submersum vanis immurmu-  
rationibus spē miraculi in vitā reuocare fu-  
strā tentauit.

Dialog. 6.  
Cap. 29.

De Polychronio hæretico Monotheticis.  
mīle quiddam refert Alanus Copus, ex act. 15.  
sexti Cōciliij Oecumenici. Veterator, inquit,  
suo respondens nomini Polychronius, ausus  
est ad confirmationem sectæ suæ, vtrō apud  
sextam Oecumenicam Synodus in Trullo  
polliceri, se mortuum vitæ redditurum. Non  
ita multò post allato cadavere virtutis sue  
specimen editurus: cùm diu frustra mortuum  
ad vitam reuocare tentasset, ab omni concio-  
ne vt vanissimus nebulo explosus est, necta-  
men errorem deponere voluit. Refert & Pau-

lus diaconus Rom.

mirabiles Iconomachorum frau-  
des, quibus illi hæresin suam & impietatem  
Cōstantini Copronymi stabilire conati sunt.  
Ait enim, quosdam ex illis clam in imperiale  
sepulchrum se proripiisse, & (quasi à mortuo  
ea vox prolata fuisset) magnis laudibus Con-  
stantinum Copronymum extulisse, vt eo com-  
mento hæresin illam, quæ in imagines grasse-  
batur, populo plausibilem redderet.

Miracula ve-  
ra à solis Ca-  
tholicis expe-  
ctanda.

Ab hæreticis igitur nulla vera miracula sūt  
expectanda, sed à solis Catholicis. Enim uero  
quod

quod pro confirmatione sui erroris præstare non potuerunt, Polychronius & alij hæretici, hoc pro Catholica fide confirmanda sæpius præstiterunt in mortuis ad vitam reuocandis beati Confessores & Martyres. Inter quos Macarij mi-  
carius in Aegypto ad hæresin Eunomij refu-  
raculum. tandem, defunctum à morte excitauit, clande-  
stinam fugam meditante hæretico, qui id se 15. cap. 3. &  
quoque facturum iactauerat, ut infra refere-  
mus. *Cæsia colla.*  
*Nicep. lib. 9.*  
*cap. 14.*

D. U'Vilhelmu Lindanus Dialogo. 3. cap. 1.

Dubitantij. Demiraculis Davidis Georgij  
& Anabaptistarum Monasteriensum,  
quodq; homines idiota apud Anabaptistas li-  
teras calleant, resipiscentes, denuò, ut antea,  
sunt idiota, & literarum ignari.

C A P. V I.

**D**Auidem Georgium ob artes magicas malè pâsim audire notissimū est. No-  
ui enim, qui vbi impiam eius doctrinam abominati ad Catholicam redirent Ec-  
clesiam, sese sibi persuasissimum habere dice-  
rent, fuisse præstigijs delusos: vti nobis cum la-  
chrymis minimè simulatis deplorabant. Cæ-  
terum de Monasteriensibus illis Anabaptistis  
certo certius est, conatos fuisse simulata san-  
guinis pluia alijsque imposturis suum con-  
firmare Pseudoevangelium. Eo autem insani-  
quosdam Tiguri fuisse redactos testatur Bul-  
linger. vt sibi dona linguarum polliceri à pa-  
tre cœlesti non dubitarent, sed eos vanissima

N n 4 illu-